HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 78r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quę non cognouerunt habile in peccato. Beatus enim est uir ecclesiasticus qui
comparatione heretici in errore filios non creauit. et in alio loco legimus
Melius est filios non habere cum uirtute. Et iniquo enim concubitu semper
perire. et cum longę fuerint temporis. reputabuntur in nihilum. et ignobilis
In nouissimis erit senectus eorum. Fecunda enim impiorum multitudo ad
nihilum est utilis. Hęc; existimare debemus. quod uuluam sterilem et ubera
aridum corporaliter depcatus sit. Omnis nequitię eorum in galgala quia ibi
exosos habui eos. Lxx. similiter. In galgala saul in regem unctus est. sa
muhele iram dei pplo nunciante. Ibi inquit exosos habui eos. et sibi
regem hominem postulantes. a meo imperio recesserunt. siue quia in
galgala idolatrie locus est. ibi omnia scelera commiserunt. Et eorum quia
galgala interpretatur reuelatio aut huiusmodi. id est uoluntabra. omnis
malitias eorum et hereticorum. dicit eo tempore reuelandas cum eis deden
tur uuluam sterilem et ubera aridum. et uiderunt ignominiam suam. ea
quę se iactabant p superbiam. quod ad excelsa consendere et deuoluere
interitum. siue ad inferos pruahere. Vere hereticis odio dei digni sunt
qui locum contra dnm mendacium. De quibus dicit in consequentibus dne
ppter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos. sequitur: Non
addam ut diligam eos. omnes principes eorum recedentes siue inobedientes.
Lxx similiter transtulerunt. Et de hereticis quidem non est dubium.
quin de domo dni eiecti sunt. et non addat ut diligat eos. quam diu
in errore permanserint omnesque principes eorum recedentes a do s
siue inobedientes. ut ualentinus marcion et ceteri. Possum prin
cipes hereticorum demones dicere quęre a dno recesserunt et appel
lantur principes. iuxta quod dns loqitur in euangelio. Venit princeps
mundi hui et inuenit in me nihil. Et apls aduersus potestates
et principatus et rectores tenebrarum istarum. pugnare nos dicit.
Quorum aut iuxta historiam quando de domo sua eiecerit eos. i. x.
tribus. cum in domo dei non fuerint. sed domum dei ut terram sanctam ap
pellabimus in qua introducti sunt ut falsum nomen israelis. ut quod
ad eos quasi adpplm dei minebantur pphete. Quod autem non addat ut
diligat eos. et omnes reges israel a do fuerint recedentes perspicuum est.
Usque hodie enim permanent in captiuitate. Nu hoc quod scriptum est
de domo mea eiiciam eos ad regnum iuda referri arbitrantur. quod ea
ipsi ducendi sint in captiuitatem. sed quomodo eis poterit coap
tari. non addam ut diligam eos. cum postea hierosolimam sint reducti.
et omnes principes eorum recedentes. cum legerimus dauid. asa.